

Facta Confessione à Choro; Hebdomadarius dicit:

Miserere vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. **R.** Amen.

Indulgentiam, absolutiōnem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. **R.** Amen.

Et prosequitur **V.** Dignare Dōmine die isto. **R.** Sine peccato nos custodire. **V.** Miserere nostri Dōmine. **R.** Miserere nostri. **V.** Fiat misericordia tua Dōmine super nos. **R.** Quomādmōdum sperāvimus in te. **V.** Dōmine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dōminus vobiscum. **R.** Etcum spiritu tuo.

Orationis. **O**rationis. **D**ōmine Deus omnipotens, qui ad principium huius diēi nos pervenire fecisti: tua nos hōdie salva virtute, ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciendam nostrā procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Dōminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. **R.** Amen.

V. Dōminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **V.** Benedicimus Dōmino. **R.** Deo gratias.

Deinde in Choro legitur Martyrologium. Et quando dicenda est Prima de beata Maria, præponitur Lectiō Martyrologii. Postea Hebdomadarius dicit **V.** Pretiosa in conspectu Dōmini. **R.** Mors sanctiōrum eius.

Et absolute sine Orationis.

Sancta Maria, & omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dōminum: ut nos mereamur ab eo adjuvari & salvari, qui vivit & regnat in secula seculorum. **R.** Amen. **V.** Deus in adiutorium meum intende. **R.** Dōmine ad adiuvandum me festina. **E**t dicitur ter; ultio additur Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto. **V.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos à malo. **V.** Respice in servos tuos Dōmine, & in opera tua, & dirige filios eorum. **R.** Et sit spendor Dōmini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. **V.** Gloria Patri. **R.** Sicut erat.

Cre-

Orationis. **O**rationis.

Dirigere & sanctificare, regere & gubernare dignare Dōmine Deus Rex celi & terræ, hōdie corda & corpora nostra, sensus, sermones, & actus nostros in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum: ut hic, & in æternum, te auxiliante, salvi & liberi esse mereamur, Salvator mundi: Qui vivis & regnas in secula seculorum. **R.** Amen. **V.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Dies & actus nostros in tua pace disponat Dōminus omnipotens. **R.** Amen.

Ad Absolutiōnem Capituli in Dominicis & Fēris per Annum, ab Octava Pentecostes usque ad Adventum exclusive.

Lectio brevis. 2. *Theo. 1. b.* **D**ōminus autem dirigat corda & corpora nostra in charitate Dei, & patientia Christi. Tu autem Dōmine miserere nobis. **R.** Deo gratias.

Post Lectiōnem brevem dicitur **V.** Adjutorium nostrum in nomine Dōmini. **R.** Qui fecit caelum & terram. **V.** Benedicite. **R.** Deus. **Benedictio.** Dōminus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam: & Etdelium iniqua per misericordiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen.

IN FESTIS.

Per Annum.

Post Psalmum Deus in nomine tuo, dicitur *antiphona* Psalmi B eati immaculati, & Retribue. 25. **D**einde Antiphona competens, & reliqua ut supra in Dominica. 28. Sed in Dupplicibus, & infra Octavas non dicantur Preces. **D**einde Benedicamus Dōmino, dicitur Prima de B. Maria, si dicenda est: postea legitur Martyrologium in Choro. **D**einde dicitur **V.** Pretiosa, cum reliquis ut supra. 38.

Ad Absolutiōnem Capituli in Festis dicitur Capitulum Novum.

AD TERTIAM. **P**ater noster. Ave Maria. Deus in adiutorium. 18.

Hymnus.

Nunc sancte nobis Spiritus, Unum Patri cum Filio, Dignare promptus ingeri Nostro refusus peccati. Os, lingua, mens, sensus, vigor,

Confessionem personent, Flammescat igne charitas, Accendat ardor proximos. Præsta, Paterissime, Patrie compar Unice, Cum Spiritu Parælio Regnans per omne seculum. Amen.

In Dominicis per Annum, Antiphona. Alleluia.

In

In teriali Officio per An-
num, Antiphona Deduc me.
Psalms.

Legem pone mihi Dó-
mine viam justificati-
onum tuarum: * &
exquiram eam semper.

Da mihi inrellctum, &
scrutabor legem tuam: * &
custodiam illam in toto cor-
de meo.

Deduc me in sémitam man-
datorum tuorum: * quia ip-
sam volui.

Inclina cor meum in testi-
monia tua: * & non in
avariciam.

Averte oculos meos ne vide-
ant vanitatem: * in via
tua vivifica me.

Státue servo tuo elóquium
tuum, * in timóre tuo.

Amputa opprobrium meum,
quod suspicatus sum: * quia
iudicia tua iustificanda.

Ecce concupivi mandata
tua: * in aequitate tua vi-
vifica me.

Et veniat super me miseri-
córdia tua Dómine: * salu-
tate tuam secundum eló-
quium tuum.

Et respondébo exprobranti-
bus mihi verbum: * quia
speravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo
verbum veritatis usquequá-
que: * quia in iudicis tuis
supersperavi.

Et custodiam legem tuam
semper: * in saculum & in
saculum saculi.

Et ambulabam in latitudi-
ne: * quia mandata tua ex-
quisivi.

Et loquebar in testimoniis
tuis in conspectu regum: *
& non confundabar.

Et meditabar in mandatis
tuis, quae dilexi.

Et levavi manus meas ad
mandata tua, quae dilexi: *
& exercebar in justificati-
onibus tuis.

Memor esto verbi tui
servo tuo, * in quo
mihi spem dedisti.

Hac me consolata est in
humilitate mea: * quia
elóquium tuum vivificavit
me.

Superbi inique agebant us-
quequáque: * a lege autem
tua non declinavi.

Memor sui iudiciorum tuó-
rum a saculo Dómine: * &
consolatus sum.

Defectio tenuit me, * pro
peccatoribus derelinquenti-
bus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justi-
ficationes tuae, * in loco
peregrinationis meae.

Memor fui nocte nominis
tui Dómine: * & custodivi
legem tuam.

Hac facta est mihi: * quia
justificationes tuas exquisivi.

Portio mea Dómine, *
dixi, custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem
tuam in toto corde meo: *
miserere mei secundum eló-
quium tuum.

Cogi-

Cogitavi vias meas: * &
converti pedes meos in tes-
timonia tua.

Paratus sum, & non sum
turbatus: * ut custodiam
mandata tua.

Funes peccatorum circum-
plexi sunt me: * & legem
tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad
confitendum tibi, * super
iudicia justificationis tuae.

Particeps ego sum omnium
timentium te: * & custo-
dientium mandata tua.

Misericórdia tua Dómine
plena est terra: * quia
justificationes tuas doce me.

Bonitatem fecisti cum
servo tuo Dómine: *
secundum verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam
& scientiam doce me: *
quia mandatis tuis credidi.

Friusquam humiliarer ego
deliqui: * propterea eló-
quium tuum custodivi.

Bonus es tu: * & in boni-
tate tua doce me justifi-
cationes tuas.

Multiplicata est super me
iniquitas superbórum: *
ego autem in toto cor-
de meo scrutabor manda-
ta tua.

Coagulatum est sicut lac cor
eórum: * ego verò legem
tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliás-
ti me: * ut discam justifi-
cationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, *
super millia auri & ar-
genti.

Manus tuae fecerunt me, &
plasmaverunt me: * da mihi
inrellctum, & discam man-
data tua.

Qui timeant te videbunt me,
& latrabunt: * quia in
verba tua supersperavi.

Cognovi Dómine quia
aequitas iudicia tua: * &
in veritate tua humiliásti
me.

Fiat misericórdia tua ut
consoletur me, * secundum
elóquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes
tuae, & vivam: * quia lex
tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia
injuste iniquitatem fecerunt
in me: * ego autem exer-
cebor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timé-
ntes te: * & qui novérunt
testimonia tua.

Fiat cor meum immacula-
rum in justificationibus
tuis: * ut non confundar.

Antiphona. Alleluia, alle-
luia, alleluia.

Sequens Capitulum, &
illa in aliis Floris, dicuntur
in Dominicis a tercia post
Pentecosten usque ad Ad-
ventum. Responsoria bre-
via, similiter & que se-
quuntur in teriali Officio.

Capitulum. 1. Joan. 4. c.

Deus charitas est: & qui
manet in charitate, in
Deo manet, & Deus in eo.

Deo manet, & Deus in eo.
R. bre.

Et breve. Inclina cor meum Deus, * In testimonia tua. Inclina. **v.** Averte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua vivifica me. **℞.** In testimonia tua. **Gloria Patri.** **v.** Inclina cor. **℞.** Ego dixi, Domine miserere mei. **℞.** Sana animam meam quia peccavi tibi.

In ferili Officio per Annum, Antiphona. Deduc me Domine in semitam mandatorum tuorum.

Capitulum. Jerem. 17. b.

Sana me Domine, & sanabor: salvum me fac, & salvus ero: quoniam laus mea tu es.

Et breve. Sana animam meam, * Quia peccavi tibi. Sana. **v.** Ego dixi, Domine miserere mei. **℞.** Quia. Gloria Patri. Sana. **v.** Adjutor meus esto, ne derelinquas me. **℞.** Neque despicias me Deus salutaris meus.

Quando ad Matutinum dicta sunt Preceda, ad Tertiam, Sextam, & Nonam, flexis genibus dicitur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, recitetur. **v.** Et ne nos inducas in tentationem. **℞.** Sed libera nos a malo. **v.** Domine Deus virtutum converte nos. **℞.** Et ostende faciem tuam, & salvi erimus. **v.** Exurge Christe, adjuva nos. **℞.** Et

libera nos propter nomen tuum. **v.** Domine exaudi orationem meam. **℞.** Et clamor meus ad te veniat. **v.** Dominus vobiscum. **℞.** Et cum spiritu tuo.

Oramus.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.
Pater noster. Ave Maria.
Deus in adiutorium. 18.

Hymnus.

Rector potens, verax Deus,

Qui temperas rerum vices,
Splendore mane illuminas,
Et ignibus meridiem.

Extingue flammam litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramque pacem cordium.
Præsta, Pat. r. piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnas per omne sæculum.
Amen.

In Dominicis per Annum,
Antiphona. Alleluia.

In ferili Officio per Annum,
Antiphona. Adjuva me.

Psalmus.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, * dicentes: Quando consolaberis me? **v.** Quia factus sum sicut uter in præina: * justificationes tuas non sum oblitus.

Quot

Quot sunt dies servi tui: * Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: * quia in æternum mihi est.

Narraverunt mihi iniqui fabulationes: * sed non tu lex tua.

Omnia mandata tua veritas: * inique persecuti sunt me, adjuva me.

Paulo minus consummaverunt me in terra: * ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam vivifica me: * & custodiam testimonia oris tui.

In æternum Domine, * verbum tuum permanet in celo.

In generationem & generationem veritas tua: * fundasti terram, & permanet.

Ordinatione tua perseverat dies: * quoniam omnia serviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est: * tunc forte perissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar justificationes meas: * quia in ipsis vivificasti me.

Tuis sum ego, salvum me fac: * quoniam justificationes tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores ut perderent me: * testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: * latum mandatum tuum nimis.

Quomodo dilexi legem tuam Domine: * tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: * quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi: * quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: * quia mandata tua quasivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: * ut custodiam verba tua.

A iudicis tuis non declinavi: * quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: * super mel ori meo!

A mandatis tuis intellexi: * propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, * & lumen seminitis meis.

Juravi, & statui custodire iudicia iustitie tue.

Humiliatus sum usquequaque Domine: * vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei benedicta sãg Domine: * & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: * & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: * & de mandatis tuis non erravi.

Veritate acquisivi testimonia tua in æternum: * quia exultatio cordis mei sunt.

In.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in ætænum: * Propter retributionem.

Iniquos odio habui: * & legem tuam dilexi. Adjuitor & susceptor meus es tu: * & in verbum tuum supersperavi.

Declinâte à me maligni: * & scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam: * & non confundas me ab expectatione mea.

Adjuva me, & salvus ero: * & meditabor in justificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à iudiciis tuis: * quia iniusta cogitavit eorum.

Frausaricantes reputavi omnes peccatores terræ: * ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas: * à iudiciis enim tuis timui.

Feci iudicium & justitiam: * non tradas me calumniatoribus me.

Suscipe servum tuum in bonum: * non calumniatur me superbi.

Oculi mei detecerunt in salutare tuum: * & in eloquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundam misericordiam tuam: * & justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: * da

Ad Sextam.

mhi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi Dômine: * dissipaverunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua, * super aurum & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: * omnem viam iniquam odio habui.

Antiphona. Allelûia, allelûia, allelûia.

Capitulum. Galat. 6.

Alter alterius onera portabit, & sic adimplebitis legem Christi.

¶ *breve.* In ætænum Dômine, * Permanet verbum tuum. In ætænum. ¶ In sæculum sæculi veritas tua.

¶ Permanet. Glôria Patri. In ætænum. ¶ Dôminus regit me, & nihil mihi deerit.

¶ In loco pascue ibi me collocavit.

In feriali Officio per Annum, Antiphona. Adjuva me, & salvus ero Dômine.

Capitulum. Alter alterius. ¶ *breve.* Benedicam Dôminum, * In omni tempore. Benedicam. ¶ Semper laus ejus in ore meo.

¶ In omni. Glôria Patri. Benedicam. ¶ Dôminus regit me, & nihil mihi deerit.

¶ In loco pascue ibi me collocavit.

Quando ad Maurinum dicitur sunt Preces, flexis genibus dicitur Kyrie eleison.

Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto.

¶ Et ne nos inducas in

Ad Nonam.

ventationem. ¶ Sed libera nos à malo. ¶ Dômine Deus virtutum converte nos.

¶ Et ostende faciem tuam, & salvi erimus. ¶ Exurge Christe, adjuva nos.

¶ Et libera nos propter nomen tuum. ¶ Dômine exaudi orationem meam.

¶ Et clamor meus ad te veniat.

¶ Dôminus vobiscum.

¶ Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio conveniens. AD NONAM. Pater noster. Ave Maria. Deus in adiutorium. 18.

Hymnus. Rerum Deus tenax vigor, Immotus in te perma-

nentis, Lucis diurnæ tempora Successibus deterrimans:

Largire lumen vespere, Quo vita nusquam deciderat, Sed præmium mortis sacre Perennis instet glôria.

Præsta, Pater piissime, Patrique compar Unice, Cum Spiritu Paráclito, Regnans per omne sæculum. Amen.

In Dominicis per Annum, Antiphona. Allelûia.

In feriali Officio per Annum, Antiphona. Aspice in me.

Psalmus.

Mirabilia testimonia tua: * ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: * & intellectum dat parvulis.

Oculus meus aperuit, & attraxi spiritum: * quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me, & miserere mei, * secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: * & non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me à calumniis hominum: * ut custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super servum tuum: * & doce me justificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: * quia non custodierunt legem tuam.

Justus es Dômine: * & rectum iudicium tuum.

Mandasti justitiam testimonia tua: * & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: * quia oblitus sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: * & servus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego, & contemptus: * justificationes tuas non sum oblitus.

Justitia tua, iustitia in ætænum: * & lex tua veritas.

Tribulatio & angustia invenerunt me: * mandata tua meditatio mea est.

ram illuminat: * & intellectum dat parvulis.

Oculus meus aperuit, & attraxi spiritum: * quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me, & miserere mei, * secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: * & non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me à calumniis hominum: * ut custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super servum tuum: * & doce me justificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: * quia non custodierunt legem tuam.

Justus es Dômine: * & rectum iudicium tuum.

Mandasti justitiam testimonia tua: * & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: * quia oblitus sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: * & servus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego, & contemptus: * justificationes tuas non sum oblitus.

Justitia tua, iustitia in ætænum: * & lex tua veritas.

Tribulatio & angustia invenerunt me: * mandata tua meditatio mea est.

Equi-

Aequitas testimonia tua in aeternum: * intellectum da mihi & vivam.

Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine: * justificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, saluum me fac: * ut custodiam mandata tua.

Traveni in maturitate, & clamavi: * quia in verba tua supersperavi.

Traveniunt oculi mei ad te dilectio: * ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: * & secundum iudicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu Domine: * & omnes viae tuae veritas.

Initio cognovi de testimoniis tuis: * quia in aeternum fundasti ea.

Vide humilitatem meam, & eripe me: * quia legem tuam non sum oblitus.

Judicia iudicium meum, & redime me: * propter eloquium tuum vivifica me.

Longe a peccatoribus salus: * quia justificationes tuas non existerunt.

Misericordia tua multa Domine: * secundum iudicium tuum vivifica me.

Ad Nonam.

Multi qui persequuntur me, & tribulant me: * a testimoniis tuis non declinavi.

Vidi pravariantes, & transibam: * quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: * in misericordia tua vivifica me.

Pincipium verborum tuorum, veritas: * in aeternum omnia iudicia iustitiae tuae.

Principes persecuti sunt me gratis: * & a verbis tuis formidavit cor meum.

Letabor ego super eloquia tua: * sicut qui invenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: * legem autem tuam dilexi.

Serpiens in die laudem dixi tibi: * super iudicia iustitiae tuae.

Pax multa diligentibus legem tuam: * & non est illis scandalum.

Expectabam salutem tuam Domine: * & mandata tua dilexi.

Circodivit anima mea testimonia tua: * & dilexit ea vehementer.

Servavi mandata tua, & testimonia tua: * quia omnes viae meae in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: * iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

In-

Ad Nonam.

Inter postulatio mea in conspectu tuo: * secundum eloquium tuum eripe me.

Erustabunt labia mea hymnum, * cum docueris me justificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: * quia omnia mandata tua aequitas.

Fiat manus tua, ut salvet me: * quoniam mandata tua elegi.

Concupivi salutem tuam Domine: * & lex tua meditatio mea est.

Vivet anima mea, & laudabit te: * & iudicia tua adjuvabunt me.

Erravi, sicut ovis, qui perierit: * quare servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

Capitulum. **1. Cor. 6. 4.** **E**mpti enim estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.

V. breve. Clamavi in toto corde meo, * Exaudi me Domine. Clamavi. **V.** Justificationes tuas requiram.

R. Exaudi. Gloria Patri. Clamavi. **V.** Ab oculis meis munda me Domine.

R. Et ab alienis parce servo tuo.

Inferiali Officio per Antiphona. Aspice in me, & miserere mihi Do-

mine. **Capitulum.** **E**mpti enim, ut supra.

R. breve. Redime me Domine, * Et miserere mei. Redime. **V.** Pes enim meus stetit in via recta. **R.** Et miserere. Gloria Patri. Redime. **V.** Ab oculis meis munda me Domine. **R.** Et ab alienis parce servo tuo.

Quando ad Matutinum dicte sunt Preces, flexis genibus dicitur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto. V. Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos a malo. **V.** Domine Deus virtutum converte nos. **R.** Et ostende faciem tuam, & salvi erimus. **V.** Exurge Christe, adjuva nos. **R.** Et libera nos propter nomen tuum. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio conveniens.

Vespera in Dominica, & in Feriis, habentur inferius post Laudes Sabbati. **1. 1.**

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum.

Pater noster. Ave Maria. Credo. **V.** Domine labia mea aperies, ut supra. **2.**

Invitatio. Venite, & Exultemus Domino. **Psalm.** Jubilemus Deo salutari nostro, ut supra. **2.**

Hym-